



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 31. De Piaculari carcere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

tiam, quod Eucharistici Sacramenti for- Sæcul. XV.  
ma non solum sint illa Christi Domini A.C. 1439.  
verba, sed etiam preces illæ, quæ pro  
invocatione Spiritus Sancti a Sacerdote  
in Lithurgia recitari solent. Verum Rus-  
siæ Metropolita professus est, Græcam  
Ecclesiam in hoc articulo a Latinis ne-  
quaquam dissentire, sed ipsam quoque  
credere, quod sancta divini sacrificii my-  
steria per sola Christi Domini verba con-  
ficiantur.

### §. XXXI.

#### *De Purgatorio.*

Controversam de Purgatorio quæstio- *Ibid. p. 1231.*

nem quod attinet, censuerunt Græci,  
omnino standum esse illis, quæ jamjam  
Ferrariæ, antequam Synodi Sessiones fie-  
rent, in privatis conventibus agitata, at-  
que conclusa fuissent. Itaque de hoc  
piaculari carcere fidem suam sic expres-  
sere Græci: *Sanctorum animas perfectas*  
*in cælis adeptas esse coronam, quatenus ani-*  
*mæ sunt: Peccatorum Animas perfecte lue-*  
*re pœnas; Medias autem esse in loco tor-*  
*mentorum credimus, sed sive ignis sit, sive*  
*caligo ac turbo, sive quid aliud, non contem-*  
*dimus. Nihilominus in die judicii omnes*  
*homines ante tribunal Christi cum suis cor-*  
*poribus comparebunt, reddituri de factis pro-*  
*priis rationem.*

F f 5      §. XXXII.